Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.
Wien, 1802 Seite 2269
Quelle:
Copyright:

Fol. 308. Varia Excerpta ex *Operibus Hildegardis*, maxime, quae praedictiones futurorum ſpectant, e *Libro divinorum Operum*, e *Vita S. Ruberti*, e variis Ejus, et ad Eam *Epiſtolis*, e *Speculo futurorum Temporum*. Ad *Epiſtolam ad Treuerenſes de tempore ſecundo*, additur *fol.* 317. *Vere hoc eſt hodie anno CCCC° XVII°* Incipit autem: *Magiſtri et prelati relicta iuſticia dormiunt.* &c. De *Hildegardis* Scriptis editis et ineditis dixi ſaepius *Vol.* I.

Fol. 332. e calce: *De Pſalmo C. ſexto Aurelij Auguſtini.* Bene dictum; non enim eſt integra Explanatio, ſed orditur tantum a N. 4. in Edit. *Maur.* T. IV. *col.* 1205.

Fol. 342. *Declaracio Ordinacio ſiue Conſtitucio Domini clementis pape V. edita in concilio Viennen. circa ſtatum et Regulam fratrum minorum.* Init: *Clemens* &c. *Exivi de paradiſo* &c. ut in Corpore Jur. Can. inter *Clementinas* L. V. *Tit.* 11.

Fol. 347. *Regula fratrum minorum.* Inſerta adprobationi *Honorii* III. et inter ejus Conſtitutiones in *Bullario Rom.* n. V. Accedit Enumeratio *Preceptorum Regulae ſeu Praeceptis aequipollentium*, hoc initio: *Sicut enim timorate conſciencie eſt timere culpam* &c.

Fol. 352. Συνταγμα Actorum de Translatione Concilii inter *Eugenium* IV. *Fridericum* Imp. *Baſileenſes* et Regem *Franciae*. annis 1442. et 43. maximam partem conſcriptorum manu *Haſelbachii*, qui ipſe in Legatis Imp. fuit. 1) *Concordatum per dominos de XII. et concluſum in Congregatione Generali die mercurij 26. ſeptembris Anno* 1442. Concludunt, ſignificandam *Friderico* per Ablegatos Patrum paratam mentem transferendi Concilium, rogandumque, ut Praelatorum praeſentiam urgeat, et ipſemet *Baſileam* accedat. Negotium inſtruendi Legatos committunt *Nicolao Panormit.* et (Joh. de Segobia) *S. Calixti Cardinalib.* Item (Guil. Hugonis) *Archidiacono Metenſi* et *Rudolfo Audit. Camerae.* 2) Acceſſio Patrum ad hoc *Concordatum* eod. anno et die, *in generali Congregatione.* Addunt: Rogandum Imperatorem, *quatenus dignetur rem hanc alijs Regibus et principibus intimare.* 3) *Proteſtatio Inuictiſſimi domini Romanorum Regis et ſuorum omnium Electorum facta in Ciuitate Baſilien. 17. Septembris.* Nullo ſe partium ſtudio ducendum in eo, quod et apud Concilium et apud *Eugenium* convocationem alterius Concilii fit per Legatos urſurus. Subſcripti *Martinus Moſpeck* et *Joh.* (keck) *de Tegernſee Notarij in cancellaria domini* (Ep.) *Chyemenſis.* 4) Tenor *Reſponſionis Concilij Oratoribus Principum* dandae *ad peticionem per eos porrectam.* Ad Concilii Praeſides directa videtur; incipit enim: *Dignentur Veſtre R. P.* &c. et conſentit cum *Concordato* ſupra relato. 5) *Bulla Concilij Baſilien. ſuper eius translacione ad alium locum.* Data *ſecundo Nonas Octobr.* 1442. et

ſola